



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Tam mundus] ut supra quandoq̄.

CAPVT XVI.

LRia erant principalia Iudeorum festa secundū legem, quæ non potuerunt celebrare nisi mūdi & in loco sancto quem elegerat dominus qui erat in Hierusalē, & in tēporibus statutis. Iccirco Iudæi hodie ut supra diximus talia nō habent, nisi contra legem quā adhuc se habere putant impie agere uelint. Ablatus est enim locus ille ut non maneret lapis super lapidem, secundū cōminationem Hiere. 7. & 3. Reg. 9. Primū erat phase, id est, transitus, nos pascha uocamus, in cōmemorationem beneficij dei q̄ exierant ex Aegypto, quādo ederant agnū noctu, cuius beneficio sanguinis tunc seruabantur ipsi ab angelo percutiente Aegyptiorū primogenita, id quod singulis annis edendo agnum representabant. Secundū erat festum Hebdomadū quod celebrabatur completis septem hebdomadis post pascha, siue post immolatos manipulos primitiarum ex spicis, nos uocamus pentecosten, quando acceperāt legem in Sina. Verum cum sæpe in lege huius festi mentio fiat, nusquā fit mentio acceptæ legis, neq; unq̄ aliquod festum in huius cōmemorationē institutū legitur, cuius ego rationem puto q̄ ratio sabbati siue festi cum ratione legis non conueniebat. Sab-

batum enim libertas & cessatio est, lex seruitus est & fatigatio. Nam agar in seruitutem generat Gal. 4. & spiritū seruitutis in timore appellat spiritū legis Paulus Ro. 8. Tertium. Festum tabernaculorū in septimo mense, in cōmemorationem q̄ habitauerāt in tabernaculis patres ipsorū in deserto per XL. annos. Quo uides hæc omnia instituta ne obliuiscerentur dei & beneficiorum eius, atq; huc pertinent illa quoq; negocia sacrificiorum & oblationū & gaudiorum in singulis festis, item q̄ offerentes docebātur etiā conceptis uerbis fateri dei liberationem & beneficia. Nihil hic erat quo deus indigebat sed oīa in salutem illis erāt ordinata quæ externa tunc gerebātur, ut uerbis & operibus testarentur mūdo sese corde credere deo & cum agnoscere ut creatorem ita & liberatorem & patrem,

Pascha.

Phase celebratur mense primo, initio anni apud Hebraeos, ut uides Exo. 12. qui mensis est nouarū frugum in terra Canaan, quando primitiæ offerūtur ex frugibus. In quo mense liberati sunt ex Aegyptia seruitute cuius ferè ubiq; scriptura meminit, & traducti per mare rubrū, baptizati aqua & nube, id est, spiritu sancto. 1. Cor. 10. facti populus nouus & peculiaris domino. Hic omnia noua legis, nouū populū, nouum annū siue tempus, nouas fruges, & panes absq; fermento ueteri, nouam uitā, nouum spiritū. Paulus hoc festū interpre

tatur. 1. Cor. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus.
Itaq; festum agamus non in fermento &c. & 2. Cor. 5.
Si quis in Christo est noua creatura est, uetera transie-
erunt, ecce facta sunt oīa noua. Et Christus est in om-
nibus primatū tenēs, Col. 1. qui eduxit nos è seruitute
regni tenebrarū & legis damnatione & transfudit in
terram promissam in regnū claritatis suæ, in quo reg-
no edimus fide ueterū pascha Io. 6. & azimos panes
septē diebus, id est, omni tempore. [Immolabis.]

De sacrificijs paschæ dicit nō de agno qui cōmedebat
Afflictionis, Heb. Exilij. In pauore, Heb. (tur.
Subito. lege Exo. 12. Non potuerūt fermentū secū acci-
pere cogētibus Aegyptijs exire. Tantū, p̄sunt aduersa-
rij nobis ne tentati sequamur nostras cupiditates &c.
Panē ergo exilij uocat quo recordabātur exilij Aegy-

Non apparebit. (ptiaci.

Ne adesse quidē uult. i. audiri fermentum phariseorū
quod est hypocrisis, nō solum non edi. i. credi. Nostrū
pascha est æternū, ergo æterni sunt & dies azymorū.

Non remanebit &c.

De agno paschali dicit, ut uides Exo. 12. Christus in
hac uita integre edendus est, missæ defunctis nihil pro-
sunt, oportet te integre credere. Si quid fidei defue-
rit, quicquid iniustitiæ residuum est hoc igni combu-
re, id est, hoc cōmitte baptismo Christi qui baptizat ig-
ni & spiritu sancto ut & peccatū reliquum damnare

non possit, per quem omnia in hac imperfectissima uita tibi pro perfectione imputabuntur.

Vespere. Hæc nostra prima resurrectio comparata ad resurrectionem nouissimam, uix umbra est & nox & tamē est nox liberationis præcedente columna ignis, comparata uero ad uitam Adæ & ad sapientiam mundi, lux est & sola sapientia & tanta claritas cui etiam iste sol nō se ausit conferre, Esa. 24. &c. Propterea nostrū tempus post Christi resurrectionem in scriptura uocatur Tempus acceptum, dies salutis. 2. Cor. 6. Es. 49. Et in psal. Dies quem fecit dominus &c. [Et coques] scilicet assando.

Collecta,] quando colligebatur pro pauperibus & reponebatur in usus eorum, quemadmodum nunc nostri incipiūt facere quando conuenit populus &c.

Pentecoste.

Non à pascha numerantur istæ Hebdomadæ sed à sabato oblationis primarū frugū, licet ferè semper idē erat, ut uides ex principio huius capituli, lege Leui. 23. ubi præscriptæ sunt oblatiōes lege præceptæ. Hic autem tantū dicitur de oblatione spontanea quæ cū alijs uenit, ut supra diximus. Neq; fit hic mentio datæ legis ut æque supra diximus. Tantū hoc additur. Et recordaberis q; seruus fueris in Aegypto. ut hæc quoq; festiuitas i priorem liberationē referatur. Nos in hoc festo accepimus legem libertatis e coelis, i. spiritū sanctū.

Scenophegia, id est, tabernaculorum fixio.

Aduerte q̄ prima die mensis septimi erat festum tubarum, ut in psal. Buccinate in neomenia tuba &c. decimo die festum expiationis à peccatis totius populi nõ sine sanguine, quãdo ingrediebatur summus pontifex semel in anno in sanctum sanctorum expectantibus foris uniuersis Israëlitis hora incensi, quæ interpretatur epistola ad Heb. quod tempus fuisse, quando angelus Gabriel apparuit Zachariæ clare ostenditur Lu. 1. A quindecimo autẽ die erant ferie tabernaculorũ, ut hæc omnia legis Leuit. 23. Primum, festum populũ dei, perfectis terræ laboribus & sudoribus, ubi incipimus curare quæ dei sunt, in septimo mense, id est in sabato mensium licet adhuc imperfecto, quia tabernacula nondum sunt æterna, primũ, inquam, festum est festum tubarum, quæ est prædicatio uerbi dei, id quod clare illæ tubæ sacerdotales significabant. Vnde Esa. 40. Exalta quasi tuba uocem tuam &c. Quã prædicationem creditam sequitur festum expiationis, id est, remissionis omnium peccatorum per sanguinem proprium pontificis nostri semel ingressi in sancta sanctorũ per sacrificium in æternũ perfectum. Verũ hoc festum sine afflictione animæ non agitur, ut in Leuitico legis, nam oportet hic cadere & mortificari omnia nostra. Deinde habitamus sub umbra alarum dei, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, Esa. 32. Psal. 30. Item

habitamus in tabernaculis & agnoscimus non hic nos habere manentem ciuitatē. Heb. 11. quemadmodū Dauid dixit. Aduena ego sum apud te &c. In his tētorijs prouocamur iugiter ab hostibus, à mūdo, à Satana, ut cadamus ne simus populus dei, ut filij Israēl per. XL. annos, nos per septem dies, id est, per omnem uitam. Idcirco nobis excubandū ut monet Christus, & cōgrediendū iugiter cum aduersarijs per arma dei, Ephe. 6. fiducia ergo in his tabernaculis nostris & securitas in deo nobis est, nō in hostibus. Vnde Christus, Confidite, ego uici mundū. Hinc gaudiū in spiritu sancto quod habemus sepe tentationibus interturbatur. plenū autē gaudium erit & festum tabernaculorū olim habitatorum quando recepti fuerimus in aeterna tabernacula, Lucae. 16. Lege. 2. Cor. 5.

Præterea & hoc aduerte, q̄ ubi sistorū facit mentionem Moyses, in conspectu dei, serē unius conditionis facit leuitam, dominū, seruum, ancillam, filiam, aduenā, pupillum, uiduam, quos tamē oportet esse diuerse conditionis apud homines, secundū legem etiam dei, ut uideas hic illud Pauli Gala. Non est Iudæus neq; græcus &c. Et secundū corpus illud psalmi, Domini est terra &c. Præterea & hic significatur, Hæc esse festa & epulas dei ubi tuū conuiuium agnoscit pauperes. 1. Cor. 11. Conuenientibus uobis in unū iam non licet dominicā cœnam manducare &c. Lucae. 14. Cum facis prandīū

aut cenam &c. 2. Esdræ. 8. Ite comedite pinguia & bibite mustum, & mittite partes ijs qui non preparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra &c. Huc quoque pertinet quod octaua dies erat festa in qua erat collecta domini, ut supra de collecta diximus. In quo & aliud quoque nota quod nulla dies octaua erat festa Iudæis nisi hæc quæ erat finis in anno omnium Iudæicorum festorum, quæ octaua dies manifeste pertinet ad aliam uitam & resurrectionem nouissimam post septem dies in quibus hic uiuimus, quando erit festum post quod non restat aliud, tunc erit uera collecta domini, quando domino colligentur à quatuor uentis cælorum omnes electi &c. Tunc erit deus omnia in omnibus.

VACUUS &c. Supra dictum de spontaneis oblationibus sine quibus non uult dominus uenire offerentem. Vacuus appares in conspectu domini si sine fide uenis. Itaque in omni scriptura uides dominum uelle & amare pauperes in possessionem æternam, & tamen eosdem uult diuites, pauperes mortificatione, diuites fide. Esurientes enim impleuit bonis. Quid prodest tibi hypocrita uenire multis oblationibus in conspectu hominum cum in conspectu dei sis uacuus &c?

Iudices.] Supra ca. 1. Nisi tales sint iudices & magistrum omnia pessumeunt, et præterea prouocatur ira dei super populum, Historiæ sunt testes.

Excæcant.] ne uideant quod ante uiderunt, Incipiunt enim informare conscientiam (ut hodie uocant in reconsulti) sed male propter munera.

Mutant] id est, peruertunt uerba iustorū. Ex Heb, facta iusta uel caussam iustam.

Non plantabis. Gentes habebāt arbores dijs sacras & deorū statuas. Contra quod supra dixit lex ca. 12. Non facies similiter domino deo tuo & c. Cōtra hoc præceptū impie sæpe peccatum indicat historia libri Regū. Hoc aut mult hęc lex, alienū dei cultū uero cultu non esse admiscendū, alioqui totū statim esse cōtra deum, id est, humanas traditiones uerbo dei nō admiscendas, & qd' adagio dicitur, nō harā iuxta aram.

CAPVT XVII.

REstū iudicium hoc caput & qualis sit rex describit. Iccirco & quæ supra de iudicijs dixerat huic capiti deberent annecti. Intermiscet uero de luco & statua dei & hostia uitiata quæ sunt abominatio deo.

Non immolabis & c. Supra dictum de mundis & immundis & quid sibi uelint, ubi inter munda imprimis nominantur bos & ouis. Hęc uero lex declarat si maculam uel uitium in corpore habuerint nō solum immunda esse quæ munda uocantur, sed etiam abominationem deo, quemadmodū & supra primo